

Pari modo *Potentillam* illam *alpestrem* exstitisse opinor, quæ procul dubio nihil aliud est, nisi varietas *P. vernæ*, quamquam multis jam, multorumque nominibus, nobilitata est.

§. 4.

Hæc vegetatio florum etiam ad gramina extenditur. Nam his quoque glumæ calycinæ majores, præsertim in alpibus, forsitan aliis etiam de causis, quarum infra mentionem fecimus. *Agrostis alpina*, panicula pauciflora, glumisque calycinis majoribus, ut grama vulgo in alpibus, vix ab *A. rubra* separanda b). *Arundo Calamagrostis glu-*

*rietasibus*, satis limitata videretur. Quare satius duxi, unam certam speciem habere, quam decem incertas creare. At constantes sunt? Omnino! Tales enim decet varietates Linnæanas esse. — Constantes sunt, quounque non mutatur locus. Sed fac mutari locum. Fac mutari montes in valles, hasque lacus fieri. Quid tum postea? Nonne stricta foret collina, et collina arvensis, sicut alpestris palustris? Nam in casibus dubiis perperam citatur locus ad auctoritatem speciei confirmandam, quum aliena soli locique natura potius diversitatis rationem vel causam in se continere videtur. Cujus diversitatis naturam, etsi jugiter demonstrare, vel in hortis imitari, valde sit difficile, re tamen vera variæ plantarum formæ repræsentare videntur.

Aliam etiam, saltim in Lapponia, habemus *Agrostidem*, cum *A. rubra* minime confundendam: glumis calycinis anguste lanceolatis; foliis latis, culmo succinctis; panicula ramosissima, sub anthesi valde divaricata, ante et post anthesin contracta. *A. rubrâ* duplo ma-